

Deo Duce.  
DISSSERTATIO GRADUALIS,  
DE  
**BALTEO**  
**SACERDOTUM**  
**HEBRAEORUM,**  
QUAM,

*Consensu Ampliss. Senat. Philosoph. In Illust.  
Academia Aboënsi,*

**PRÆSIDE**

*VIRO AMPLISSIMO atq; CELEBERRIMO,*

**DN. CAROLO ABRAH.  
CLEWBERG,**

*L. L. O. O. & Græc. PROFESS. Reg. & Ord.*

*Publice ventilandam sifit*

**GEORGIUS FORSMAN**

*Ostrobothniensis,*

*Sacellanus in Lohseâ & Ticannus.*

*Die XXIII. Junii Anni MDCCCLIII.*

*Loco horisque post meridiem solitis.*

---

ABOË, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.  
Finland. JACOB MERCKELL.

*Sic Syntreus*

SACRÆ REGIÆ MAJ:TIS

MAXIMÆ FIDEI VIRO,  
REVERENDISSIMO PAIRI ac DOMINO,

DN. JOHANNI  
BROWALLIO,

S. S. Theologiae DOCTORI  
Consummatissimo,

Inclitæ Diœcœsos Aboënsis EPISCOPO  
Eminentissimo,

Regiæ Academiæ ibidem PRO-CANCELLARIO  
Magnificentissimo,

Venerandi Consistorii Ecclesiastici PRÆSIDI  
Gravissimo,

Scholarum per totam Diœcesin EPHORO  
Accuratisimo,

Regiæ Scientiarum Academiæ Svecanæ MEMBRO  
Dignissimo,

MECENATI SUMMO.

Ignoscas, obsecro, Reverendissime Episcopo, te-  
nui meæ Camenæ, que humili cultu ad Sacra  
TUA

TUA limina adrepere audet. TUE iu me Gra-  
tia ingentia illa, eademque plurima collata docu-  
menta, facem mihi, quod venerabundus ingenue  
fateor, prætulere. Horum enim quoties pia men-  
te recordor, recordor autem semper, Ego ad ro-  
gum usque recordabor, Spero TE placido vultu  
etiam accepturum levem hanc incomitamque opellam,  
qua pectus devotissimum testatum fieri pregestio,  
grati licet animi vix debilem tantum umbram ea-  
dem ostendere valeam. TU proinde, Reverendissi-  
me Episcope, Serena adspicias fronte, supplex  
contendo, chartaceum hocce munuscum. Pa-  
tiaris illud interpretem agere mentis venerationis  
plenissimæ, certique propofiti Illum colendi, in  
Quo, post Deum, mea omnia posita reputo,  
Cujusque favori nunc Ego in posterum me sub-  
missæ commendô. Meum de cetero erit Summum  
fatorum mortalium Moderatorem precibus compel-  
lare nunquam intermittendis, dignetur usque adeo  
Ecclesiæ Ego huic bonarum artium Officina favere,  
ut sospitem Ego salvum TE SUMMUM PRÆSULEM  
latentur adhuc seri nostri nepotes. Conservet Supre-  
num Numen firmamq; TIBI reddat valetudinem,  
TIBI inquam, pro Deo, Patria, Scientiis labores

Her.

*Herculeos, omnium bonorum cum adplanis, su-  
stinenti; ut vires corporis ab omni morborum  
incursu testa, tanta curarum moli sufficient.*

REVERENDISSIMI NOMINIS TUI

*cultor & cliens devotissimus  
GEORGIVS FORSMAN.*

§. I.

**H**ebræum, אֶבְרַי, a radice deperdita וָנָה, cui respondet Arabum طَبَّاخٌ texuit, (\*) cum quo conferas בְּנֵרִירָן Perl. ligare, intorquere, derivandum asserere non dubitamus. Hoc autem antiquissimum ornamenti vestimentive genus, ab Hebræis ad Græcos, Romanos gentesque alias migrasse, non in congrue collegaris ex iis nominibus, quibus apud varios orbis populos insigniri solet. Balteus & Balteum lat. bälte Svet. belt, Engl. belti, Isl. bæðar Gr. &c. a voce Hebræa, levi permutatione litterarum ejusdem organi, descendunt non aliter ac απένευμα fit πλέυμα pulmo, a πίτω flo, a ρύνθα, lympha, aliaque his similia. (\*) cf. Gol. Lex. ar. p. m. 320.

§. II.

**A**ntiquis diversam materiam Balteorum, eosque vel coriaceos vel aureos, argenteos, æneos, lineos fuisse, non uno veterum testimonio comprobari potest. Sic & ex varia materia, Sacerdotum Hebræorum Baltei erant contexti, ex lino nimirum & lana, & quidem ex lana diversorum colorum hyacintho, purpura coccinoque (\*). Quin & e mixta materia constitut Balteum, indeque יְנֻשָּׁש dictum. Unico tantum die per totum annum, X. nimirum mensis Tisri, pro Balteo mixtæ materiæ lineum sumebat Pontifex maximus.

(\*) Cf. Ex cap. 39: 29.

## §. III.

**E**T si saepe non longiores essent, quam ut corpus semel tantum ambirent; tamen ejus fuisse longitudinis Balteos sacerdotum Hebræorum, ut corpus aliquoties ambirent, testatur Josephus (a). Quæ zona semel atque iterum circa pectus revoluta ligatur ad talos usque defluit. Ulnas triginta & duas longitudine æquas docet Gemara Jerusalæmitana (b) idemque tradit Maimonides (c) Latitudinem quatuor aut trium digitorum ipsi tribuunt Josephus & Maimonides.

(a) *Ant. L. III. c. VII.* (b) *Massechet Zoma cap. VII.*  
(c) *Hilk. Kele Hammikd. c. VIII.*

## §. IV.

**Z**ONÆ Græcorum initio cavæ erant, teste Athénæo, qui ζώνυμοι inquit, ταῖς καιλίαις γάρ τοις πλατύαις cinguntur Zonis cavis & latis (a). His enim veteres procurumenis utiliebant, eoꝝ procul dubio respiciunt hæc Salvatoris; ἀπὸ κλίσης χειρός μὲν ὅργυερ, μὲν χαλκὸν εἰς τὰς γάρ τοις οὐδὲν (b). Eandem vero fuisse rationem Baltei, quo utebantur Hebræorum Sacerdotes, his dubitare nos non finit Josephus; Διακόνως δὲ inquiens, οὐ φασμένη, ἀπὸ ληθείδα δοκεῖν ὄφεως. Intus inanem textum ut & serpentis exuviae videretur (c).

(a) *Athen. L. X.* (b) *Mattb. X. 9.* & *Marc. VI.* (c)  
*Ant. L. III. c. VIII.*

## §. V.

**O**RNAMENTIS non caruisté docet Virgilius, dum aurea bullis cingula memorat (a) & Plinius, balteos

teos laminis crepitare tradit (b) Herodianus de Macrino, gentinati & auro distincti facit mentionem. Processit, inquit, fibulis & balteo multo auro & pretiosis lapidibus ornato atque picto (c) Sic & majorum nostrorum cingula, quin & Lapponum, ornamentis variis superbire cuivis notum. Nec minus Balteos Sacerdotum Hebræorum suo ornatu fuisse conspicuos cogitemus, si meminerimus dictos οπη πώνος opus phrygionicum, exponente id erudite Braunio, de vestitu Sacerdotum Hebræorum. Hoc confirmat supra laudatus Iolephus; ἀνὴρ δὲ οὗτος οὐφαντεῖ φίλιον καὶ περφύρα μετὰ οὐκινός καὶ βύστου πεποιηκαί Flores autem intextos habet, cocco, purpura, hyacinthino & bysso variegatos (d)

(a) 61. *AEn.* L. IX. (b) L. XXX. c. XII. (c) *Lib. V.*  
(d) *Antiq. leco eti.*

### §. VI.

Balteis olim cingebantur milites, non modo tunicae cohibendæ gratia; verum etiam ut ex iis dependerent arma. Hinc ut observat Pausanias de Græcis τὸ ἵππος ὅπλα, εἰκάστη οἱ πέλαιοι Γάιονθαι, i. e. *Armis indui*, veteres vocarunt cingi (a). Homero vero αὐτορχίτων, tunicas non cinctas habentes, sunt inermes (b) cui & ωντοσθαι, idem valere ac ὅπλισθαι, ωντοι autem armorum ornatum ex eodem Pausania & Homero constat (c). Quare & εὐγενος Strenuus audit Græcis. Sic precincti Servio sunt strenui: contra discincti, inhabiles militiae. Idem baltei usus in gente Hebræa quondam obtinuit uti patet ex El. c. XXII. 21. Et induam eum (Eliakimum) tunica tua & balteo tuo, & dominationem tradam in manum

ejus conf. II. Reg. III: 21. & Ezech. XXII. 15. ubi obser-  
ves etiam verba גַּד & גַּדְעָן Hebrais saepissime pro  
armare sumi: (e) unde & illustratur locus Ephel.  
c. VI. v. 14. περιζωσμένοι τῷ ὄσφῳ ὑπὸ ἐλαύθια.

(a) Bæotic. c. XVII. p. m. 743. (b) Iliad. π. V. 410.  
(c) Bæotic. loc. cit. Εἰδιαὶ Β. Εἴλα(δ) ad Virgil. Æn. L. IX.  
(e) cf. 2. Sam. XXII. 40.

### §. VII.

**M**ulierum ornatus, immo & reliquorum cujuscun-  
que ordinis civium quondam erant Baltea. Feminae  
Hebraeorum cinctas evincit Prov. c. XXXI: 17, ubi;  
accingat robore lumbos suos; nec non Eli. c. XXII:  
21. Ubi Urbs Jerusalem sub persona feminæ intro-  
ducta, cincta dicitur. Unde & Græcis Romanisque  
nihil frequentius quam Balteo Zonaque cingi femi-  
nas virginesque. Illis certe ζωστῆς λύσιν & ζωίην λύσιν  
Zonam solvere, dicebatur pudicitiam deponere. Per-  
sarum mulieres, in primis Reginas principumque  
Uxores Zonis fuisse ornatas, docet Plato, ubi pro-  
vinciæ magnæ ac fertilis reditus in ornamentum Zo-  
nae fuisse destinatos simulque alias regiones pulchras  
& optimas ad reliquum Reginæ ornatum, nomina  
vero habere singula loca, a singulis Reginæ orna-  
mentis, le audisse refert (a). Hisce similia ex Athenæo,  
Cicerone aliisque proferre nobis esset in promptu,  
si id ageretur. (a) in Alcibiade, I.

### §. VIII.

**V**ulgatissimum autem & viris apud Hebraeos hujus  
vestimenti usum, Eliæ (a) aliorumque toties in  
V. T. memorata cingula, cum & Johannis Bapti-  
stæ (b) manifesto satis evincunt. Tempore Christi cin-  
gulum

gulum gestare apud Judæos admodum frequens, in primis iter factoris, ut ex Johannis c. XXI: 18. constat; ὃν τὸν νεώτερον, inquit ibi Petro Christus, εἰς ἡώνιας στούπῳ οὐκ πέρπαλεις ὅπλα ἔβελες. Sic quoniam in Ægypto, in comedendo agno Paschali, lumbos cinctos habere debebant Iraélitæ. (c) Eam ob causam cingebantur Hebræi, ut expeditiores essent, ut tegerentur partes corporis, quas detegi contra bonos mores habetur, ut monerentur, hoc cingulo, tanquam gulæ freno, a mundanis voluptatibus esse abstinentem & sobrie vivendum. Huc, ni fallor, respexit Petrus i. Ep. c. I: 13. dum credentes hortatur ut essent αἱρεσθαι μετὰ τὰς ὁσπίδας τῆς Ιακώβας ἡγεμονίας. Nec non Paulus Eph. c. VI: 14. περιζωσίσ-  
τοι την ὁσφὺν ύμῶν ἐν αἵλησίᾳ.

(a) 2. Reg. IV: 29 c. 18: 1. (b) Matth. III: 10. (c) Exod. XII.

### §. IX.

**S**acrificantes & sacerdotes, apud Romanos, balteis cingebantur, teste Dionysio Halicarnassæo, (a) μήτραις καπιτωμένοι, nec non Apulejo (b) qui candido linteramine tectum pectorale habuisse Sacerdotes narrat; Lacinia togæ una a tergo revocata, mediumque hominem, Zonæ instar, circumdante, cinctos fuisse sacrificantes, consules & prætores numi anti-qui marmora & veterum testimonia loquuntur. Iusu Dei Sacerdotes Hebræorum balteis utebantur, illis igitur piaculum erat balteo deposito ministerio fungi. Contra eundem debebat ab opere cessans deponere Sacerdos, reliquas licet vestes retineret.

(a) Ant. Rom. L. II. (b) Asino, L. II.

### §. X.

**N**Ec omnium generum vestimenta, sed tunicam tan-

tantum cingere moris erat. Hinc etiam Balteum & tunicam antiquis saepissime jungi observamus. Sic Eumeus apud Homerum, ad Iulua celebriter iturus, ζωσῆτε δοὺς συνέεργε χιλία (a)., Cingulo celeriter cingebat tunicam. Deus autem Eliakimo non balteum modo, sed & tunicam promittit (b) Duæ vero non raro cum essent antiquis tunicæ; interiorem, non exteriorem, cingere plerumque solebant. Non aliter ac Hebræorum Pontifices. Summus quippe Sacrorum Antistes, supra tunicam Pallium Ephod & Pectorale indutus, Balteo interiorem solum modo cingebat tunicam. Qui unicam habebant, eandem a talis ad medios poplites retrahetam, cingere siveverant (c). Ebræorum fæcrodotes hac quoque ratione cincti, ut nos docent Judæorum sapientes.

(a) od. ε. v. 72. (b) Ef. XXII: 21. (c) Quintii L. XI.

### §. XI.

**B**alteus veteribus humero dextro impositus, interdum sinistro; sub lævo, modo sub dextro recurrebat brachio. Quæ cingendi ratio militibus olim magis propria, ut & nostris temporibus, interim & hac cinctura hodienum utuntur Equites suis Zonis insignes, quas *cordons* adpellant Galli. Ceteri, prælertim mulieres & fæcrodotes, medium corpus, ad retrahendam tunicam cingebantur. Idque ut plurimum circa mammulas, aut pectus, non multo intra axillas, cinctæque ad pectora vestes erant, teste Ovidio (a). Quod abunde confirmant numi marmora & victoriae imagines. Sic, in Apocalypsi, ἡ ὄμοιο τῷ πολεμῷ αὐτοῦ πάντες visus est, ἀδε-

δύνεται ποδέν καὶ περιβασιέν περί τῆς μαστίς ζώνη χρυσή<sup>(b)</sup> δικαιολόγηται & alibi memorantur περιβασιέν περί τὰ σίτη<sup>(c)</sup>.

(a) in metam. (b) cf. Ferrarium de Re vestiaria L. I. c. 8.  
(c) Apoc. c. XV. 6.

### §. XII.

**H**oc ad morem Sacerdotum Hebræorum respice-  
re videtur, qui Iosepho perhibente, loco plus  
simplici vice nobis laudato, κατὰ σίτην ligabantur:

Iosepho non quidem adverstantur Hebræi, qui de lo-  
co cincturæ multa disputant, dicuntque in loco, in quo  
non fudant, cinctos tuisse sacerdotes. Ut angelos cin-  
ctos tuisse traditio Judæorum erat antiqua, quorū  
spectant sequentia; Lex non est data angelis ministerii,<sup>“</sup>  
quoniam sacerdotes cincti erant, ut angeli.<sup>“</sup> Sed o-  
mnium optime peculiarem Sacerdotum Ebræorum ein-  
gendi modum nobis descriptum reliquit Iosephus, καὶ  
λαβὼν, inquiens, τὴν αρχὴν ἐδίξεις κατὰ σίτην καὶ περιβάθ-  
μην πολὺν δεῖται, καὶ κέχουται μὲν πολλὴνέχει καὶ τὸν σφυρῶν  
ἔως ἡ μὲν ὁ λερεες ἀνεργεῖται ὅλα τὸ περιβάθμην περὶ τὰς θυσίας  
διη καὶ διακονεῖν, ὅπως μὴ κινητάντος ἐποδιῆται πέδος τὸ λαικὸν  
ἄμφοτες. i. e. a pectore incipiens atque semel ac i-  
terum circumducta illic ligatur; & multa quidem  
defluit usque ad talos, quamdiu sacris non opera-  
tur Sacerdos. Cum vero sacrificare oportet & alta-  
ris ministerium peragere, ne ab ea mota in opere  
impediatur, super humerum lævum illam rejicit.

### §. XIII.

**U**T vestes Sacerdotum ceteræ suos usus, suas  
habuerunt significationes; ita & Balteus: in qui-  
bus determinandis, in partes abeunt eruditæ. Ju-  
dæorum sapientes ad nugas, ut solent, delapsi,  
res

res tantum naturales toto vestium apparatu significari volunt. Sic Josephus Balteum, quo Pontifex cingitur, signum esse putat maris, quod omnia cingit. Philo Judæus totum Pontificis ornatum mundi fuisse imaginem, partes vero singularum partium. A philosophica significatione non sunt alieni Doctores Ecclesiæ antiqui, in primis Hieronymus. Talmudici singula vestimenta docent destinata, ad expianda certa peccata. Pileum expiasse superbiæ, Pallium & eius Tintinabula peccata lingvæ, Brachas Scortationes, Balteum vero latrociniæ, fraudes & consilia cordis perverba.

## S. XIV.

**S**ed Deum verbo suo Physicam aut Astronomiam docere voluisse, ejusmodi ænigmatibus involutam, fidem vix inveniet. Nec alia ratione vestimenta Sacra, quam ipsa Sacrificia, peccatis expiandis idonea fuisse censendum. Ad res igitur spirituales, ad Christum ejusque beneficia nos ducent vestes Sacerdotales, inque iis noster Balteus, non minus quam reliqua sacra supellex. In specie Balteo beneficium redēmptionis fuisse depictum, ut reliquis vestibus S. S. cetera Salvatoris merita, veri admodum est simile (a) Sobrietatis vero (b) dignitatis & justitiæ, veritatis, roboris atque militiæ (c) signum fuisse Hebræorum Sacerdotum Balteum varia Sæ Sæ loca non oblcure indigitare videntur.

(a) Cf. Exod. c. XII. (b) 1. Pet. I: 13. (c) Ephes. VI: 14. Ef. XII: 21.

*SOLI DEO GLORIA.*